









1690.

1^a b Thomasius, Christianus: De felicitate Subditorum Branden-
burgicorum ab emendatione per edicta Electoria statum, eccle-
siasticum et politicum. 25 exempl.

1^c Thomasius, Christianus: De felicitate subditorum Brandenburgi-
corum ab emendatione per edicta Electoria statum, ecclesiasticum
et politicum. notat: Ob den. Letteramen . . . Können untersecht
werden, mit den Reformierten eine Gemeinschaft zu halten . . .
(Qui accedit): De constantia et inconstantia theses. Rec. 1749.
1692.

1. Jungmannel, Joh. Caspares: Exercitium secundum supra Ordinis
Pru. Ind. Tax. et Tot. 1. De officio judicis ..

2. Stierius, Mattheus: Programma, quo duplicem, plus
minus XXX hebdomadarum, auditoria doctorum juris universi
Cursum . . . intimat.

3 a, b, c, d Thomasius, Christianus: De constantia et inconstantia.
. . . 45 exempl.

1693.

1^a b Cellarius, Christophorus: De imperio Palmyrenis. 2. Junij.

1693.

2. Hoffmannus, Fredericus: Programma, quod medicinali cultores ad praelectiones publicas . . . invitentur
3. Hoffmannus, Fredericus: De alios convincendo. Rec. 1705.
4. Hoffmannus, Fredericus: Dissertationum physico-chemicarum series recensarum Trias. Rec. 1729.
- 4^a: Ludovicus, Joh. Petri: Furtas Anglorum in Galliam praetensiones . . . dependet.
5. Simon, Joh. Georg: De iudicio pro anima.
6. Simon, Joh. Georgus: Successionem ab intestato ex Dupli-
vinctis duplicis . . . publice ventilabit.
- 7^a et 8^a: Stykius, Iohannes Samuel: De potestate cessionario.
- 8^a et 9^a: Stykius, Samuel: De probatione semiplena.
9. Stykius, Samuel: De sententia contra fidem ferenda.
Quaestiones promissionum.
10. Thomarius, Christianus: (Historico-philosophico-juri-
dicarum . . . publice ventilabuntur, maximam partem per-

Doctorem Doddeas.

- 10^a Thomaeus, Christianus: De ratione status dissertationem I & II...
publice ventilabunt.
- 10^b Thomaeus, Christianus: De ratione status dissertationem III et IV...
publice... ventilabunt.
- 10^c Thomaeus, Christianus: De ratione status dissertationem V
et VI... publice ventilabunt.
- 10^d Thomaeus, Christianus: De ratione status dissertationem
VII et VIII... publice ventilabunt.
- 10^e Thomaeus, Christianus: De ratione status dissertationem
IX et X... publice ventilabunt.
- 10^f Thomaeus, Christianus: De ratione status dissertationem
XIII et XIV... publice ventilabunt.
- 10^g Thomaeus, Christianus: De ratione status dissertationem XI et XII...
... publice ventilabunt.
- 10^h Thomaeus, Christianus: De ratione status dissertationem XV et XVI...
... publice ventilabunt.

1693

10ⁱ Thomae, Christianus: De ratione status dissertationem
XVII et XVIII . . . publice ventilabunt.

10ⁱⁱ Thomae, Christianus: De ratione status dissertationem
XIX et XX . . . publice ventilabunt.

10ⁱⁱⁱ Thomae, Christianus: De ratione status dissertationem
XXI et XXII . . . publice ventilabunt.

10ⁱⁱⁱⁱ Thomae, Christianus: De ratione status dissertationem
XXIII et XXIV . . . publice ventilabunt.

10^v Thomae, Christianus: Historico-philosophico-juridicam
. . . publice ventilabunt, maximam partem paradoxarum doceas.

10^{vi} Thomae, Christianus: De ratione status dissertationem
XXIII et XXIV
cum I et II . . . publice ventilabunt . . . 2 Exempl.

10^{vii} Thomae, Christianus: Quaestionum promissionum . . .
historico-philosophico-juridicam . . . publice ventilabunt
maximam partem paradoxarum doceas.

- 10 9 Thomarius, Christianus: Quaestionum promiscuarum
historico-philosophico-juridicarum . . . publice ventitaba-
rum, maximam partem paratoriarum. Folios.
- 11 a, b, c Thomarius, Christianus: De usu actuum poenali-
um juris Romani in foris Germaniae. 3 Incept.
12. Lierold, Joh. Wilhelm: De praerogativa barbarorum popu-
lorum pro cultioribus.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]







2594

Hef. iurisp. num 27
Fr. 9. 3. num 33.

2

IN
ALMA FRIDERICIANA
PROGRAMMA

1692 2

QVO
DUPLICEM, PLUS MINUS XXX.
HEBDOMADUM, AUTODIDACTO-
RUM JURIS UNIVERSI
CURSUM,

8

5

*Inclusa usuali aliis dicta Philoso-
phia Practicâ,
intimat*

MATTHÆUS STIERIUS,
J. U. L.

Usum & Differentiam Philosophiæ
Practicæ Aristotelicæ & Stoicæ in Jurispru-
dentia particulari Publica & Privata, &
contra
DOCENS.

Typis CHRISTOPHORI SALFELDII, REGIMINIS ELECT.
BRANDENB. Typogr.

KÖNIGLICHES
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
ZU HALLE





SOLIDÆ JURISPRUDENTIÆ
JUVENTUTI
S. & O.



Mnem cognitionem ex antecede-
dente cognitione quadam procedere, certis-
simum *Axioma* alibi, uti similia principia, *indu-*
ctione collectum est. Hinc per illud hocce uni-
versale erit: Undecunq; primordium cogno-
scendo seu *rationando* capimus, id *principium* est. Nam
principium (inter varias significationes h. l.) est id, unde ali-
quid cognoscimus. Quodcunqve autem principium sic
comparatum est quavis in Scientia, ut plus quam dimidium
totius præbeat, id erit ejusdem scientiæ materiæ cujusdam
potissima pars. Et hocce *Axiomate* (*indemonstrabili proposi-*
tione) positò, necessario infero, id principii esse *Definitionem*, vul-
go dictam *realem* quavis in Disciplina. Non obstat, quoad
Jurisprudentiam. l. *Omnis Definitio* 202. ff. de Reg. Jur. Hanc ob-
jectionem in *Prefatione Medullæ meæ Institutionum & pandectar.*
h. e. Definitionum brevi impensis Dn. Zeitleri hinc, emittendæ,
resolvo. De omiſſa minore modo præmissæ *rationatio-*
nis per definitionem *Definitionis* tanquam *Orationis* rei essen-
tiam determinantis, probandâ, non minus verè, quam benè
meus singularis Benefactor Dn. Stryk. in *Monitis suis pro feli-*
ci successu studii Juris §. 1. ita: *Melius*, inquit, quoque est contro-
versias (quæstiones) ex *Definitionibus* decidi. *Fundamentorum*
cognitio in generalioribus illis principiis consistit, quibus una quæ-
vis materia nititur. Primum ergo opera *definitionibus* memoriæ
imprimendis danda. Ex Dn. Stryckii verissimo asserto sequi-
tur

tur hocce. (I.) Ex quoc. principio & *controversia*, & *qvæstiones* in
theoria & *praxi* melius, quam ex aliorum Doctorum funda-
mentis, vulgo pro principiis habitis (*qvæ tamen eruditè docen-
tibus Jctis, quorum vestigiis ita nutritus, diu docendo institi,
conclusiones sunt*), deciduntur, illud est potissimum princi-
pium & fundamentum æq; in *theoria* atq; in *praxi*. Nam
essentia rei semper præstat ei, quod tanquam conclusio ex illa
ratiocinando deducitur; quod tamen deductum aliorum deci-
dendi fundamentum est. Hinc Iser. & alii Dd. dicere solent,
ubic. habemꝰ rationem & causam legis (*eam ex definitione, vel
etiam ex Philosophia Practica petitam*) non opus est ut legem
ipsam citemus. Quarumcunqve enim legum ratio Juris na-
turæ est (*quod non nisi eruditè docens, instituta HABITUDINE
subjecti & predicati legis, scit*) earundem quoque ratio est aut
Ethica, aut Politica. Præter illum à Dn. Strykio duplicem
Definitionis assignatū usum sunto & sequentes, & in ordine
(II) usus, dum eruditè docentes Jcti substratæ Juris materiæ
divisiones, si quæ sunt Generis in Species, in modum conclu-
sionum *argum. L. scire 17. ff. de ll. demonstrant*. Non enim
eruditi Juris studiosi est in nuda legum notitia subsistere, sed
ad harum quoque scientiam (*nisi aliquando rabula tantum salu-
tari velit*) tendere debet; hanc autem legum scientiam ha-
bemus per rationes & causas. Non obstat *l. Non omnium 20.
ff. de LL.* Nec obstat, ex Aristotelis doctrina non posse Juris
scientiam doceri. Ad hancce bimembrem objectionem in
peculiari *Tractatu: de Usu Aristotelica Philosophia in Jure* respon-
debo contrarium docendo cum verè Helmstadiensibus seu
Feldianis. Admodum sanè paucæ Juris materiæ sunt, quæ
non ex illa Philosophia tanquam Jure naturæ, aut etiam
ex philosophia Stoica petitis rectæ rationis principiis haud
contrariâ *ratiocinando* deducere, vel ad minimum *scientiam de-
monstrandi* applicare, eaqve mediante, *veritatem* deducere
que me ipsum docentem id audientes, affectibus amen liberi,

quam optimè norunt. (III) usus definitionis est, quatenus ex
ea in Jure sumimus causas, & per eas (*non exclusâ scientiâ civili
seu vulgo dictâ Philosophiâ Practicâ*) in modum Conclusionum
leges *ratiocinando* deducimus. Quarum Causarum tanquam
Interpretationis Doctoribus dictæ *mentalis* usus est primùm
in theoria, dum videlicet leges per eam, quoad occurrentia
exempla *Interpretationis* in eisdem Doctoribus dictæ *extensiva* & *re-
strictiva*, interpretamur. *Secundò* in praxi. Nam frequentissi-
mè occurrunt casus in foro, ut leges sint vel *extendenda*, vel
restringenda. Quare autem dentur hæc interpretationis spe-
cies, & præter eas *Interpretatio* in eisdem Doctoribus dicta *expli-
cativa*, cum eruditis Jctis ex *Definit. legis l. 1. ff. de ll.* data oc-
casione, *arg. l. 17. d. t.* demonstrare soleo. Quòd autem il-
læ interpretationis species in foro frequentissimè occurrant,
id quam optimè illi norunt, qui in judiciis & judicando, &
causis patrocinando versati sunt. Hinc esto hocce universa-
le: Quo sine leges in Corpore Juris, vel eas à Doctoribus sine
earum ratione citatas non possumus interpretari, nec ritè di-
scere, nec in foro adhibere *Interpretationem extensivam, nec re-
strictivam*, ita ut *veritatem* habeamus, sed tantùm *opinionem*, seu
id, quod cum metu falsi est conjunctum, id cuius Juris studio-
foscitu est necessarium. Tale quid autem est *interpretatio
mentalis*, eaque petenda vel ex *Ethica*, vel *Politica*, vel ex *De-
finitione*. Ergò. A mea Conclusionem alienus non est Dn.
Thomafius in seinen Freymüthigen Gedancken / *Mens. Decembr.
Ao. 1688. verb. Ueber dem Herrn Graßwinkel hat es an der Wis-
senschaft des natürl. Rechts ermangelt x.* Hinc est illud
Jctorum: *Ubi desinit Ethicus & Politicus, ibi incipit Jctus*, intelli-
ge *ratiocinando*. Et huncce illius sensum esse, vel etiam Cice-
ro *lib. I. de LL.* exprimit, dicens: *Juris disciplinam non ex LL. XII.
Tabb. nec edictò Prætorum, sed ex intima Philosophiâ esse petendam,
& qui aliter Jus Civile tradunt, eos non tam Justitiâ, quàm liti-
gandâ vias tradere.* Hinc habemus tria Jctorum genera (1)
eru-

eruditum seu Philosophicum (2) id, quò populariter tantum
rabulæ præparantur seu quò authoritate aliorum Dd. docetur
(3) & Sophisticum. Extra autem oleas, de *Usu Definitionũ theore-*
tico & forensi agens, diutius ne verfer (IV.) meum etiam inven-

tũ quoad usum *Definitionis forensis* seqq. numeris exponam.
Notum est, Doctores quosdam (quibus, quorum noster Dn. Tho-
masius & Feldianus sunt, odiosus est Wesenbecii, adeoq; Rami, diu
in *Academiis* explosa docendi methodus per quatuor causarum gene-
ra, Doctoribus quibusdam adhuc usitata, iisque ignorantibus, se
committere fallaciam à causa ad non causam, excepta unice in *Jure,*
Causa finali. Addatur ille, qui est meus quasi alter ego Dn. Rosen-
feld in *Prefat. Tract. Dn à Felde de Actionibus realibus*) rectè Consi-
derare objecta Juris (1) *quanam sint Personæ.* Ego verò addo quò
QVARE ex *Definitione*, sive causam ipsam præmitto, & qui-
dem ut propositionem universalem, vel ut rationem Docto-
rum assignatorum membrorum brevitatis studiò, addo. (2)
quanam Res & QVARE? (3) *quanam detur Actio, & QVA-*
RE (4) *Cui detur illa, & QVARE?* (5) *Contra Quem, & QVARE?*
(6) *Ad quid seu quanam sit causa finalis (quæ tantum in disciplinis pra-*
cticis attenditur) & QVARE (7) *Contra quem scilicet Actio detur, &*
QVARE? (8) *quanam sit Judicis sententia, & QVARE?* Quod
inventum stupendæ eruditionis Præceptoris Domini à Felde,
proh dolor! abhinc 3. hebdomadibus defuncto (quocum ad extre-
mum halitum ferè usque mihi quotidie, quamdiu hic legi, semper
fuit data differendi occasio, cui expeditas etiam lectiones meas in Col-
legio Struviano ex memoria subinde ad illius nutum habebam) per-
placebat, ipseque mihi autor erat, meam docendi rationem
ne mutarem. Effectus mei inventi ratione & *Qvare* benefi-
ciò *Definitionis* in seqq. consistit I. datis à me plus minus sex
exemplis, quilibet auditorum, occurrente materia Juris quadam,
hæcce membra non tantum ex *Definitione* in specie novit quoad
præsentem actionem, sed & eorundem à Doctoribus assigna-
torum membrorum scientiam habet, seu per datam materiam de-

definitionem illa ordine demonstrare potest, licet vel illa antea
 nec legerit, nec audiverit. Et hic est usus illorum, quæ ille
 Feldianus b. Dn. *Eichel* dictus *Edler Herr von Rauten-Cron-*
in Prolegom. Commentarii ad Tit. ff. de Regul. Juris (quem cui-
 vis Dnn. Studiosorum amicè commendo) cum *Matthia Grivaldo*
Mopha memoriæ prodidit, ni fallor ita dicens: *Causas & ra-*
tiones (scil. ex *Definit. & Philosophia Practica petitas*) *intelligen-*
tibus librorum multitudine opus non est: Quicquid enim à Doctori-
bus in tanta voluminum copia fusiùs traditum est, suo ipsi ingenio ex-
cogitabunt, concurrent cum BARTOLO, BALDO, PAULO, IMMOLA,
ARRETINO, & cæteris Scriptoribus, licet eorum commenta non
legerint, nec audiverint & c. O divinam causarum scientiam, quàm
irrefragabilem methodum geris! Exsurgite juvenes Scientia cupi-
di, addiscite hancce artem planè divinam, non torpescetis in nudis
decisionibus, nec discetis quid sit (Juris) sed cur sit, diligentius in-
quiratur. II. *Inventi mei effectus est, quod studiosi, intuitu De-*
fnitionis, non necesse habeant illa à Doctorebus assignata cu-
jusvis actionis requisita nosse; illi quippe considerant, num
proposito casu quodam, eidem, ejusque circumstantiis De-
fnitio secundum partem essentialem Genericam & Specificam in-
fit, nec ne? III. *Auditores requisita ipsa tanquàm Doctoreum prin-*
cipia ex Definitione, ut & illorù definitiones, eis data scientifica
Definitione legibus non contrariâ, ut conclusiones demonstrare
sciunt. (IV) *Possunt ex memoria resolvere libellos vulgo die*
Maglibell secundum antea dicta Doctoreum membra; sed cum
ratione, adeoque judiciò antea memorato modò, quod ne
Candidati quidem secundi & tertii Juris generis, nec eo-
rundem doctores ipsi, nisi antea sic fuerint ducti, præstabunt.
Hinc illi auditores mei, levato, ut ajunt, velò, resolvendo li-
bellos, procedunt in Dn. Schwendendörfferi Summaria actio-
num forensium expositione, vel in b. Dn. Schacheri Collegio Pan-
declarum Practico, sic & cujusvis Advocati Libellum resolvere
queunt. (V) *indicare beneficiò Definitionis (cernendo saltè*

con-

conclusionem syllogismi forensis sive Libelli petitionem, quænam
Actio sit instituta VI. norunt incontinenti, sumto ficto casu quo-
dam, vel alio dabili, ex memoria alium libellum in chartam
conjicere. Quo modo, habita ratione usus forensis, metho-
dus mea b. Dn. Eichelio & me præsentem, & absente dicebatur:
Certa, Brevis, Jucunda, & Perspicua. Et Dn. Stryckius ab hinc
triennio fere inter prandium, me ejusdem conviva, hancce
meam docendi rationem æque me præsentem, atque absente
Dn. Convictoribus suis commendabat, dicens, hocce in-
ventum meum, intuitu *usûs Definitionis forensis*, peculiare
Collegium mereri. Taceo, quomodo idem meus singularis
Patronus & Fautor methodum meam per universalia, testan-
tibus ejusdem literis ad me perscriptis, maximè approbaverit.
Nam quarum Doctorum opinionum & legum *Scientiam veri-
tatis* ego doceo, earum secundi Jctorum generis Do-
ctores *opinionem* habent, scil. de *veritate*. Opinionis autem
affectio est, eam cum *metu falsi* esse conjunctam. Mea itaq;
Scientia de veritate est per demonstrationem scientificam.
Qua de fat eruditè *suprà cit. loco* Dn. Thomasius sic: *Unter diese
ist auch der Hr. Felde zurechnen/ dessen biß anhero heraus gege-
benen Schriften/absonderlichen aber seine Elementa juris Universi
[sunt in se Syntagma quoddam Doctrinæ Aristotelicæ, uti in
privatissimo Collegio quodam Helmstadii Hamburgensi
cuidam docendo monstravi] und Annotationes in Grotium
[Has proximè defunctus REX ANGLIÆ in vernaculam
suam verti curavit.] klärlich erweisen/ daß er die zu einem Hoch-
gelahrten Manne höchstnöthige/aber auch höchst rare Doctrin
de Demonstratione Scientifica [quam unicè ex libris Analytico-
rum Aristotelis, quos Pontificii Philosophi seu Scholastici, a-
liasque illius lucubrationes falsò interpretati sunt, habuit; hic
enim unicus ac solus de Demonstratione scientifica scripsit:
&, loquente Domino à Felde, si periisset liber de Demonstra-
tione, à nullo potuisset restitui] aus dem Grunde verstehe:*
EX

Ex quibus Dn. Thomasi verbis necessario hoc sequitur: Quo-
rarior est hæc scientia, eò rariores etiam sunt eruditi. Se-
cundi Jctorum generis Doctores hocce pro principio, sed
admodum lubrico, in se Topicò quodam, venditant: Quid
cuius sua recta ratio (*quæ subinde ratione individuorum
perversa esse solet*) dicitur, vel, quicquid omnes Doctores, vel
plerique, vel quidam statuunt, id est verum; Cùm tamen ob-
meliores rationes à communi Doctorem opinione sit rece-
dendum. Consentit Dn. Struv. in *Syntagmate Jur. Civ. Exerc. 2.
tb. ult.* Ob quam antea probatam docendi rationem mihi u-
sitatam alii in sex Academiis, quibuscum idem vitæ genus do-
cendo exercebam, me sic invidiæ stimulis exagitabant, illamq;
mecum studiosi juventuti, in primis simplicibus Doctorem
mancipiis odiosam reddebant, iisdem aliisque generosi animi
seu ratiocinationibus delectantibus viam ad auditorium
meum domesticum ducentem *dissuadendo* intercludebant,
ut proh dolor! nullibi, quoad rem familiarem, radices agere
potuerim, sed quotidie malevolorum insultibus pressus, non
secus ac exul aliò migrare coactus fuerim. Istis quoque invi-
dis autoribus, in omnium ore percrebuit, me esse Feldianum
quendam, per consequentiam meum Jura docendi genus in
foro nulli emolumento esse, sed tantum esse doctrinam theo-
reticam & speculativam. Et alii invidorum & persecuto-
rum eorumque Scholasticæ seu Pontificæ, adeoque Sophisticæ
Philosophiæ alibi deditorum clamabant: Feldenum demon-
strativè docendo progredi; cùm tamen Jura populariter
doceri debeant. Qui Aristotelici non secus, atque Scholasticæ
Philosophiæ dediti audire gestiebant, ignorant id (*in quo etiam
Hornejus Dispp. Ethicar. 1. erravit*) quod lib. 1. *Post. Analyt. c. 30.*
docetur verb. *Fortuita rei non est Scientia per demonstrationem:
Fortuitum enim non est necessarium, neque plerumque evenit.* Et
lib. II. *Metaph. 13.* *Omnis, dicitur, scientia, aut est rerum necessa-
riarum, aut contingentium ut plurimum.* Alias calumnias,
quas

quas similes ferè hic quotidie audire cogor, Jure Christianus oblivione conterere soleo. Dubius eqvidem non sum, fore tamen hic paucos quosdam, ad summum duodecim Dominorum Studiosorum, eorumq; generosi animi seu qui ratiocinationibus delectantur, quibus arrideat Domini Eichelii eruditissimus Commentarius in *Titulum ff. de Reg. Jur.* Quò iisdem probatò, affectibus liberi de mea quoq; docendi ratione ritè judicabunt, nominaq; sua mihi, à me intra aliquot hebdomadam spatium *preparandi Juris Universi Autodidacti*, dabunt. Sed, non nisi humanioribus subactos desidero; quò doctiores enim sunt auditores mei, eò magis idonei sunt de meæ doctrinæ *qualitate* judicantes, & eò promptiores ad declarandum gratum animum. Et quivis nequitia suæ adscribat, qui minus idoneus auditor unquam doctrinæ meæ fuit. Quoniam autem ab eruditis auditoribus laudari, laus est, *ex qualitate* docendæ rationis meæ, qua intra xx. hebdomadam spatium in Collegio in Dn. Struvii *Jurisprudentiam Romano-Germ. For.* usus sum, quaq; in quovis Collegio in *Commentarium quendam Instit. & Pandectar.* utor, alii judicent velim, ut & eorundem eruditi parentes, quorum filii Collegio meo Struviano interfuerunt. Non enim rabulas præparo, sed doceo *Scientiam de Prudentia consultatoria, de Latoria deq; Judiciaria*, adeoq; paucissimis Jctis cognitum usum *lib. 4. Polit. cap. De tribus Reipublicæ essentialibus partibus. 14.* Nam Jctus est *κυβερτὸς, & κυβερτα* interpretari. Hinc, uti etiam ille Eichelianus adeoq; Feldianus in *ILLUSTRI Julia* Facult. Senior Dn. Engelbrecht (cujus mihi semper dulcis memoria est, omnibus inibi prestantis) in *Dispp. Pandect.* Ita cuilibet ferè titulo (I.) præmissi fundamentum quoddam vel Juris naturæ, vel Historiæ Romanæ. Illud erat aut Ethicum, aut Politicum. Nam, prout est Status Reipublicæ, ita quoq; titulorum fundamentum est, adeoq; eorundem Jus naturæ, pro qualitate sua, considerari debet. Est usum *lib. 1. Rhet. cap. de Moribus Rerumpublicarum 8. & lib. 5. Polit. cap. 5.* Adde *ibid. Analysis Dom. à Felde.* (II.) Examinabam Dn.

B

Auctoris

Autoris Definitionem secundum Regulas bonæ definitionis. Nam quicquid plus quam dimidium totius in Juris materiis præbet, id ita comparatum esse debet, ut inde illa omnia deduci queant, quæ *suprà de Usu definitionis theoretico & forensi tradidi.* (III.) Sic ubi opus fuit, scientificam definitionem quandam, eamque idoneam ad deducendum illa *suprà* enarrata, ad calamum dictavi. (IV.) Divisiones substratæ materiæ, potissimum *ex posteriore definit.* in modum conclusionum demonstravi, & Domini Autoris definitionem juvi. Si enim Jcti essentialiale est, quod sit *συνετός*, aliter docere non potui, quin divisiones demonstraverim, idque præstiterim, quod cujusvis fidelis docentis officium est, docentis scilicet. Scientiam de illis tribus Prudentiæ speciebus, quod ex alia Philosophia fieri nequit. Nec consensum & dissensum Aristotelicæ & Stoicæ Philosophiæ omisi. Nam non rabulas docendo præparo, sed futuros verè Consiliarios, Judices, Jctos, causisque forensibus patrociantes, uti per sex lustra & eò amplius non paucos, jam Licentiatos, Doctores & Consiliarios nonnullos nutriti. Nudis autem rabulis, intellige circa legem, tanquam Doctorum mancipiis nuda legum notitia sufficit. Quamvis & notitiam eo ipso etiam tradam ad nutum *l. Scire 17. ff. de LL. docendo* (V.) per eandem rationem (quoniam scilicet Jctus est *συνετός & σύνεσις habitus lib. 6. Eth. cap. 9. quò de iis judicamus, quæ à Prudentia sunt profecta, & interpretari, quæ σὺνέγχα est interpretari, est in cognitum vel non satis cognitum cognitum reddere.*) adhibui Interpretationem Doctoribus dictam *explicativam; quæ est, quæ verba, h. l. legum, obscura propter amphibolias, metaphoras & homonymias, perspicua reddimus.* Esse autem hancce circa textus Juris, vel Autoris cujusdam in Jure scribentis adhibendam, meque illam etiam ordine doctrinæ rectè adhibuisse, demonstravi. Nam objecta Jctor, sunt leges, eaque interpretandæ. Jam

Jam verò *LEX l. 1. ff. de LL. est COMMUNE PRÆCEPTUM*, adeoq;
oratio vel propositio *LLatoris externa*. Oratio vel habet *vir-*
tutes, vel *vitia*, virtus orationis est *perspicuitas*, perspicuitati
obscuritas, & virtuti *vitium* opponitur. Hinc vitium orationis est
obscuritas. Et inde est demonstrata existentia *Interpretationis ex-*
plicative. Inde est quoque hoc universale: Qvicquid est obscu-
rum, id indiget interpretatione. Inde est & hoc universale:
Cujuscunqve *essentiale est συμείγου*, is debet in cognitum, vel
non satis cognitum cognitum reddere, seu interpretari. Hinc
præter obscura verba phrasés quoque obscuras perspicuas red-
didi, & modò ex hac, modò ex illa *citata lege* casum ad illu-
strandum textum, erui. (VI.) per eandem rationem, quo-
niam nim. *Jctus est σουστός*, adhibui quoque, potissimum, à
Domino Autore, ut & ab aliis historicè saltem docentibus seu
non demonstrantibus *omissam Interpretationem mentalem si-*
ve rationem, eamq; potissimam *Interpretationis speciem*, quam
desumsi vel ex *premissis tituli fundamento Num. 1.* vel ex *Defi-*
nitione Num. 3. Nam *lex dicitur in cit. L. 1. ff. de LL. Virorum*
prudentum consultum. Et inde est *Interpretatio*
mentalis, quæ est, quâ investigamus rationes & cau-
sas legum. Rationes peti solent ex *Philosophia Practica*,
causæ ex *definitionibus*. Nam causæ sunt *Elementa* seu primæ
demonstrationes (*uti vox ELEMENTI inter alias significationes*
5. Metaphys. cap. de Elem. 3. sumitur) *Fundamentum numeri b. l.*
seu rationis meæ docendæ est iterum *Definitio legis cit. l. 1. ff. de*
LL. Verb. Virorum prudentum consultum. Aristoteli-
ca seu *Feldiana* (*quod perinde est*) vera *Helmstadiensi* methodo
procedens ex *lib. 6. Eth. 8.* in specie ex *inibi* exposita *Prudentia*
definitione, (*quæ hæc: Prudentia est habitus, quò consul-*
tando ea investigamus seu quærimus, quæ alicui sunt bona,
vel mala) colligo hoc universale: Qvicunqve exercet Pru-
dentiam consultatoriam seu illam primam *Reipublicæ es-*

sentialem partem (*lib. 4. Polit. cap. de tribus Reipubl. essentialib. partibus 14.*) is de iis deliberat, quæ Reipublicæ (*b. l. Romanae, vel ELECTORATUI*) sunt bona, vel mala. Qvic. de ijs deliberat, quæ alicui sunt bona, vel mala, is proposito fine eligit media, eaq; ad finem ducentia, idonea, & quidem tamdiu, donec ad id perveniat, quod est in ipsius potestate. Est definitio *Deliberare seu consultare cit. cap. 6. & lib. 3. Ethic. cap. 3.* Et est usus *lib. 1. Rhet. cap. de Partib. felicitatis humane 5.* Nam major cujusvis deliberantis sic & exercentis Prudentiam consultatoriam *cit. cap. 5.* hæc est: Qvicquid facit ad felicitatem (*b. l. Reipublicæ Romanae, vel ELECTORATUS BRANDENBURGICI &c.*) vel ad partem illius, id est svadendum & suscipiendum, contrarium verò dissvadendum. Deinde prima Reipublicæ essentialis pars (*b. l. ita intuitu deliberationis dicta prima*) perpendit, num deliberatum sit (1) utile seu bonum. Hinc est usus *lib. 1. Rhet. cap. de Bono seu utili simpliciter 6.* Quando autem duo sunt media, eaq; bona, tunc alterum alteri præstat, & præstantius est eligendum. Inde est usus *capitis ibique de bono seu utili controverso 7. (2)* honestum. Inde est usus *ib. capitis 9.* quatenus consideratur consulti h. l. legis, vel alterius medii *Qualitas moralis.* Hinc est usus *lib. 5. Eth. cap. 7.* dum consideratur *Qualitas Juris naturæ*, indeq; finis Reipubl. unde ejusdem Jus naturæ demonstratur, quem finem Consiliarius sibi proponit. (3) est jucundum. Inde est Usus *capitis II. (4)* est possibile. Inde est usus *lib. 2. Rhet. cap. de Possibili & facto, de parvo, de magno, de futuro &c. 19.* Σὺν ἑστίῳ adhibens JCtus docendo leges Romanas ante lectionem publicam, vel privatam seu *Scientiam de Prudentia consultatoria docturus leges*, sic examinat. Diese Muscaten aber dienen nicht vor die fünfftigen rabulas. Deinde, prævia consultatione, accedit tertia Reipublicæ essentialis pars *cit. lib. 4. Politicor. 14.* exercens Prudentiam LLatoriam, ita tamen, ut non bonam opinionem foveat de inventis seu consultis, uti malè Hugo Grot. *lib. 2. de Jure belli & pacis c. 23. §. 4.* vult, sed à Præceptore Do-


Domino a Felde in *Annotationib. ibid.* eruditè refutatus. Sed triplici Scientia de tribus Prudentiæ Speciebus præditus non secus atqve SERENISSIMUS & POTENTISSIMUS DN. ELECTOR, DOMINUS NOSTER CLEMENTISSIMUS *veritatem* eruit judicando de invento h. l. EJUSDEM ubiqve decantatorum Aulicorum, quærendo, num id consulti etiam sit è re Reipublicæ, ELECTORATUS; quod fit *σύνεσις* adhibendo, adeoq, judicando de illo, per definitionem antea datam. Est autem judicare qualitatem alicujus rei obscuram investigare, eamq, perspicuam reddere. Hinc colligo hancce universalem propositionem: Quicumque exerciturus est Prudentiam LLatoriam circa consultum primæ Reipublicæ essentialis partis, is antè de illo judicat, quàm id promulgat. Quoniam autem is, qui judicat, ex præcognitis quibusdam procedit *rationando*, *rationari* verò λογίζεσθαι est ex notioribus intellectus progredi (h. l. illis antea memoratis, quoad scil. utilitatem, honestatem, adeoqve qualitatem moralem, & possibilitatem) ad ignotiora, hæc ut cognita fiant; Inde necessariò sequitur, quàmvis secundam Reipubl. essentialem partem, quæ a talem, seu valentem exercere Prudentiam LLatoriam, non opinionem, sed *veritatem* eruere judicando de consulto primæ Reipublicæ essentialis partis. Per plurima autem enthymemata de quovis genere Aristoteles *lib. 1. & 2. Rhet. it. in 10. libb. Ethicorum* suggerit, unde scil. prudens, adeoq; eruditus LLator judicando procedit. Quibus allatis, in excelso vitam agentibus Feldianis (quorum septem CANCELLARIOS novi, viventibus tantùm adhuc Dn. Hugone Hannoveræ, & Dn. de Probst Wolfferbutæ) imbutis satis cognitis, ijs nihil auditu magis ridiculum est, quàm dici: Aristotelis doctrinam in Juris doctrina & in Aula nulli emolumento esse. Qua ratione idem quoq; Feldianus b. Dn. de Knesbeck Berolini INTIMUS CONSIL. & ELECTORALIS CAMERÆ JUDIC. PRÆSES nutritus erat. (VI.) Cùm leges à prudentia proficiantur, adeoq;

Sunt propositiones contingentes ut plurimum, per demonstrationem lib. 5. Eth. Cap. de Equo & bono 10. & sub ead. rubrica lib. I. Rhet. cap. 13. vel per l. 3. 4. 5. 6. & 10. ff. de LL. (ubi Jcti Romani dicunt: Ut dixit Theophrastus; hic autem fuit Aristotelis discipulus) Inde est Interpretatio extensiva. Cujus quavis in lectione occurrentia exempla resolvi per Num. hic 1. seu Tituli fundamentum, vel per Num. 3. adhibita cautela à Domino à Felde in Collegii in Libb. Topic. Capite de Similitudine consider. 71. lib. 1. Topicor. illustrata. Per eandem rationem (VII.) obvientia exempla in Dn. Autore Interpretationis restrictivae resolvi, monstrando Usus libri 1. Rhetor. cit. cap. 13. lib. 5. Eth. dicti capitis 10. lib. 9. capitis: Quae quibus sint retribuenda 2. Et una demonstravi quodnam magis sit utile, & QUARE? vel magis necessarium, & Quare? vel magis honestum, & QUARE? Nam non secundum opinionem debemus adhibere Interpretationem mentalem, nec extensivam, nec restrictivam. Tandem, data occasione, usum quoque theoreticum & forensem (prout supra, monente Domino Stryckio, circa controversias & quaestiones fieri debebat, data occasione, in Domino Autore sive honoratissimo Praeceptore Domino, Struvio) monstravi, adhibitis cautelis in Aristotelis libb. Topicor. & Analyticor. sive in Scientia per demonstrationem, sine qua Domino Thoma- sio antea cit. loco nullus dici meretur eruditus. Nec usum Definitionis mei memorati inventi quoad QUARE? omisi. Loci autem & temporis callidus equidem nec Aristotelis nominis, nec ejusdem doctrinae unquam mentionem fecissem, nisi dicto Domini à Felde obediens fuisset. Commilitonum nonnulli aliquando hospites in Collegium meum advenientes, hijs Anti-Aristotelici (ignorantes tamen Aristotelicae doctrinae) qui opinionibus & prejudiciis imbuti erant, admodum sinistrè de meo docendi genere judicabant, Idq; Dn. auditoribus quibusdam, humanioribus tamen non atq; aliis imbutis, suspectum reddebant. Hocce nim. docendi genus, quod cum magno illo Eichelio Helmstadii Juridicae Facultatis Seniore tria ILLUSTRIA REGIMINA BRUNSVICENSIA & LUNEBURGENSIA illius Academiae abhinc annis quibusdam mihi Assessori docendum injungebant. Judicent nunc, velim, illorum filiorum eruditi parentes, qui ab ore meo pependerit, num in expedito Collegio meo Struviano eorundem liberis absona inculcaverim? Nonne mea docendi ratio rectae rationis fundamentis nititur? Suntne haecce verissima, quae occasione cit. l. 5. Capitis 10. eruo? Quicquid versatur circa leges (eas vel quaerendo, vel in foro applicando ut Judex, aut Advocatus, vel illas interpretando) is circa eas sic versari debet, ac si praesens

2
fens esset LLator ipse, legesq; consultando vel quæreret, vel in foro applicaret, vel illas interpretaretur. Hisce Aristotelicis fundamentis mea docendi ratio expeditur. Judicent nunc modo, rem intelligentes affectibus liber. Imò judicet SERENISSIMUS & POTENTISSIMUS DOMINUS ELECTOR cum SUI ORACULI AULICIS. Judicent de eod. genere omnes Jcti. Nam & Dn. Thomasius ^{cit. loco} per multas paginas summam in laudem b. Præceptoris mei Domini à Felde cit. loco faciens, minus probat contrariam docendi methodum, eamq; etiam invidis & osoribus meis alibi usitatam. Is quippe Dn. Thomasius (*in hocce magis Anti-Scholasticus, quam Anti-Aristotelicus*) non minus verè, quam eruditè ita scribit: Unter diejenigen zurechnen seyn / (*loquitur ille de Grafevvindekeliö, qui sat infelicitè Dominum à Felde in Annotationibus ad Grorium refutavit, vid. edit. Jenensem Annotationum Feldianarum*) die sich bereden / sie besässen die Jurisprudenz im höchsten Grad, wenn sie nur das Corpus Justinianei fleißig gelesen haben / ob sie gleich in dem Cursu ihrer studiorum die ganze Philosophiam, oder die Philosophiam Practicam auff der lincken Hand liegen lassen / und dieselbe vorbeÿ passiret. (*Hisce Jctis secundi generis supra à me expositi proprium est asylum in docendo L. Non omnium arrogantia; indeq; etiam id, quod in proverbio est, applicandum: Merum Legistam merum esse asinum*) Ferner (*pergit Dn. Thomasius, rectè dicens*) indem zubeklagen / daß heutiges Tages der grösste Hauffe derer / die Jcti gennet werden / und mit vielen euserlichen Dingen prangen / öffters de habitu interpretandi legem weniger denn nichts wissen (*idem Dn. de Rheß PATRONUS & PROMOTOR meus in Instit. Jur. Publ. Tit. 1. §. 18. de ea mihi quoque usitata, sed admodum rara methodo, eaq; omnium verissima testatur, summis laudibus efferens inibi citatum Domini Eichelii Tractatum de Legum interpretatione, quem tamen reliqui Feldiani omnes Domino à Felde quoad substantiam adscribunt, ipseque etiam, me ex eo subinde audiente, sibi illum adscribebat. Adde omnino Nicetæ Spilii epistolam curiosam ap. Matthæum Burcknerum*) sondern ihre in der Jugend gehaltene Collegia wie die Nonne den Psalter her beten / oder / wenn es hoch kömmt / eine æquitatem cerebrinam (*h. e. quæ opinione, non autem fundamento Ethicò quodam nititur*) die mit vielen præjudiciis umgeben ist / zu dem Grunde ihrer Erklärung legen.) Wordurch es nothwendig hat geschehen müssen (*jam sequitur effectus barbariei Academicæ*) daß ein unwiederbringlicher Schade dessen man
Fein

kein Ende sehen kan / in hohe und niedrige *Judicia* sich allenthalben eingeschlichen / wie am Tage und offenbahr ist. *Hæc ille. Duplici illi Juris Autodidacti Cursui, alteri horis antemeridianis, alteri pomeridianis instituendo lectorio examinatorio, annumerabitur doctrina Ethica & Politica. Quas disciplinas sic tractabo, ut (1) eas secundum Scientia per demonstrationem præcepta resolvam. (2) Sensum & dissensum Aristotelicæ & Stoicæ Philosophiæ tradam, (4) utriusq; Philosophiæ consensum & dissensum cum Sacra Scriptura. (5) Utriusq; Philosophiæ usum & non usum in Jurispublici & Privati materiis monstrem h. e. quænam materiæ in Dn. de Rhets Institut. Juris Publici, & quænam in Instit. & Pandect. materiæ illa Ethica & Politica materiâ nitantur. (6) quænam inibi materiæ illæ sint, de quibus in Rebuspubl. adeoq; Aulis consultetur, & quomodo id fiat. Plus autem in opinione, quàm in veritate esse, alii aliis collegia mea dissuaduri, ne dicant, equidem eruditi Feldiani cujusdam seqq. literarû verba invitus seu citra ullam ostentationem profero: Das überschickte Specimen hat mir und andern Eruditis wolgefallen / wenn wieder was neues fertig / bitte auch zu communiciren. In den wenigen Bogen habe ich mehr Erudition funden / als in Profess. N. allen Sachen die ich von ihm gesehen habe. Wann dieser Profess. so viel 100. (wie ich pro certo berichtet habe) pro studiorum cursu bekömbt / so wolte ich vor meines Hn. Licentiati Information noch eins so viel geben. Der Ausgang lehret alles. Ich wünsche daß Gott meinen Herrn Lic. gesund wolte erhalten / damit er viel rechtschaffene Leute möge erziehen. Und schätze ich den gewiß glückselig / der solcher Information genießen kan. Propter opinionum Studiosos causam meam Programma quoddam Wittebergæ in Obitum auditoris mei Dn. CHRISTIANI DÜENERI, Dresdens. Ao. 1688. intimatum, agat: ubi MAGNIFICUS DN. RECTOR de illo defuncto ita: Academicis studiis maturus Anno 1686. amandatus Helmstadium, inscriptus UNIVERSITATIS Civis, DN. PROFESSORUM lectiones sedulo audivit, & peculiari se submisit Ephoriæ Consultissimi Dn. MATTHÆI STIERII, J. U. L. quem doctorem serio sectabatur (in privatisimo Juris universi Autodidactorum semestrali cursu quotidie quinq; horas unâ cum aliis docendo & examinando preparabatur.) Quibus volupe est à me sic quoq; nutriri ceu illi 12. Helmstadii, proximi Mercur. hora II. de idoneo tempore &c. deliberaturi me in adibu Pictoris Dn. Gröbern / vulgo in der Schmeer-Strasse convenient. Dabam Halæ ex Museo meo VI. Novembris Anno M. DC. XCII.*





Halle, Diss., 1630-1693 A-9

ULB Halle 3
001 509 381



Sb.

WMA







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Hef. iurisp. num 27
Fr. 9.3. num 33.
ERICIANA
AMMA

1692 2
S MINUS XXX.
AUTODIDACTO.
UNIVERSI

dicta Philoso-
ficâ,

STIERIUS,
am Philosophiæ
Stoicæ in Jurispru-
ica & Privata, &

S.
LDII, REGIMINIS ELECT.
ypogr.

